



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 6. Gallia Clementi VII. adhæret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. VI.

Gallia Clementi VII. adhæret.

Duplicis hujus Pontificis electione in diversas partes scindebatur Ecclesia: Urbano obedientiam profitebatur (*) omnis fere Europa, Germania, Hungaria, Bohemia, Anglia, Polonia, Dania, Suecia, Prussia, Norvegia, Hollandia, Etruria, Longobardia, Ducatus Mediolanensis, & tota propemodum Italia, exceptis quibusdam Siciliae, & Neapolitanæ coronæ locis. Necdum quoque Hispania ab eo defecerat, & Hispani, quamvis Petrus de Luna a Clemente VII. ablegatus apud eos Sedem suam fixisset; illum tamen, quia Aragonensis erat, velut simplicem Hispanum, nullatenus vero tanquam hujus Papæ Legatum venerati sunt. Quocirca in pluribus Hispaniæ Conciliis durante hoc schismate celebratis

(*) *Ex his haud obscure dignoscitur, qui tandem primi fuerint exitialis hujus schismatis auctores.*